$$0 = \epsilon - 0{,}8525\delta - 0{,}0013\gamma + 0{,}0512\alpha + 0{,}4650\beta + 10{,}4410$$
$$0 = \epsilon - 0{,}6993\delta + 0{,}0182\gamma + 0{,}0437\alpha + 0{,}3923\beta + 1{,}4284$$

Subtrahantur ab ultimo omnes reliqui, atque orientur quatuor sequentes æquationes.

$$0 = 0{,}0189\gamma - 0{,}0027\delta + 0{,}0064\alpha - 0{,}0212\beta + 1{,}7440$$
$$0 = 0{,}0194\gamma + 0{,}2020\delta - 0{,}0089\alpha - 0{,}0853\beta - 10{,}6303$$
$$0 = 0{,}0165\gamma + 0{,}0339\delta + 0{,}0050\alpha - 0{,}0225\beta + 0{,}3643$$
$$0 = 0{,}0195\gamma + 0{,}1532\delta - 0{,}0075\alpha - 0{,}0727\beta - 9{,}0126$$

 inveni-

inveniuntur ergo quatuor valores pro γ.

$$0 = \gamma - 0{,}1428\,\delta + 0{,}3386\,\alpha - 1{,}1217\,\beta + 92{,}275$$
$$0 = \gamma + 10{,}4124\,\delta - 0{,}4587\,\alpha - 4{,}4890\,\beta - 547{,}950$$
$$0 = \gamma + 0{,}2054\,\delta - 0{,}3030\,\alpha - 1{,}3036\,\beta + 22{,}078$$
$$0 = \gamma + 7{,}8564\,\delta - 0{,}3846\,\alpha - 3{,}7282\,\beta - 162{,}485$$

Subtrahantur prima ac tertia a secunda itemque prima a quarta.

$$0 = 10{,}5552\,\delta - 0{,}7973\,\alpha - 3{,}3673\,\beta - 640{,}225$$
$$0 = 10{,}2070\,\delta - 0{,}7617\,\alpha - 3{,}1254\,\beta - 570{,}028$$
$$0 = 7{,}9992\,\delta - 0{,}7232\,\alpha - 2{,}6065\,\beta - 554{,}460$$

Unde tres valores ipsius δ deducuntur:

$$\delta = 0{,}07554\,\alpha + 0{,}31902\,\beta + 60{,}655$$
$$\delta = 0{,}07462\,\alpha + 0{,}30620\,\beta + 55{,}846$$
$$\delta = 0{,}09041\,\alpha + 0{,}32585\,\beta + 69{,}315$$

subtrahatur medius ab utroque, eritque:

$$0 = 0{,}00092\,\alpha + 0{,}01282\,\beta + 4{,}809$$
$$0 = 0{,}01579\,\alpha + 0{,}01965\,\beta + 13{,}469$$

hincque bini valores pro β nascuntur:

$$\beta = -0{,}07176\,\alpha - 375{,}118$$
$$\beta = -0{,}80356\,\alpha - 685{,}492$$

subtrahatur posterior a priori eritque

$$0{,}73180\,\alpha + 310{,}374 = 0$$

Hinc

92, 275
547, 950
22, 078
162, 485
prima a
0, 225
0, 028
4, 460
5
6
5
Hinc

unde	$\alpha = -424{,}125$	$l - \alpha = 2{,}627493$
hincque	$\beta = -344{,}680$	$l - \beta = 2{,}537416$
	$\delta = -81{,}345$	$l - \delta = 1{,}910331$
	$\gamma = -346{,}889$	$l - \gamma = 2{,}540190$
	$\varepsilon = +101{,}755$	$l + \varepsilon = 2{,}007555$
	$\zeta = +311{,}44$	$l + \zeta = 2{,}493374$

Hinc ergo ob β negativum fiet orbita cometæ hyperbola sequentibus sex conditionibus determinata.

Distantia perihelii a Sole a =	22424
ratio $b : a$ =	$2 + \frac{344}{100000} : 1$
Ergo semilatus rectum b =	45619
Cometa per Perihelium transiit A. 1744. Mart.	$1^d, 0^h, 14'$
Dist. Perihelii a ☊	$149°, 39'$
Long. helioc. Nodi ☊	$1^s, 17°, 41'$
Inclinatio orbitæ	$50°, 11'$

Patet autem has determinationes maxime pendere a bonitate observationum, in quibus si vel minimum esset aberratum, orbita, quæ hic prodiit hyperbola, facile in ellipsin transmutari potuisset. Tum vero calculus quoque summa cura institui debet, ita ut in locis, quæ singulæ hypotheses præbent, ne minuta quidem secunda negligantur. Tantum laborem autem, nisi in observationibus tantam fiduciam collocare liceat, suscipere operæ non est pretium. Quare mihi quidem methodum ostendisse sufficiat, cujus ope, si accuracuratiſſimæ obſervationes ſuppetant, veræ orbitæ natura inveſtigari queat; quod negotium aliis expediendum relinquo.

Quoniam ergo ob defectum plurium obſervationum ſatis exactarum circa orbitæ naturam, utrum ſit in ſe rediens an in infinitum excurrens, nihil concludere licet, finem huic diſſertationi imponam, poſtquam quædam de hujus cometæ curſu tam obſervato quam futuro monuero. Primum igitur iſte cometa neque eclipticam neque æquatorem trajeciſſe viſus eſt, ſed quamdiu apparuit tam latitudinem quam declinationem habuit borealem, interim tamen ſi ad ejus tempus periodicum ſpectemus, quod ſi ullum eſt, plurium ſeculorum eſſe debet. Semeſtre tantum ſpatium in hemiſphærio boreali eſt verſatus, reliquo vero tot annorum ſpatio perpetuo in regione cœli auſtrali eſt commoratus. Deinde a 7 die Auguſti, quo per nodum aſcendentem tranſiit usque ad Februarii diem 25 ab ecliptica receſſit, hinc vero curſu ſatis celeri jam die Martii 4to per nodum deſcendentem eſt transgreſſus, quæ ingens anomalia certe cum nulla alia theoria, præter Neutonianam, conſiſtere poteſt. Sub finem ergo apparitionis ejus via apparens vehementer a circulo cœli maximo deflexit: unde manifeſtum eſt, hunc cometam non in plano per centrum terræ tranſeunte eſſe motum. Cum in nodo deſcendente verſaretur

ſaretur, ſoli quidem propior fuit quam Mercurius, ab hoc vero tam parum fuit remotus, ut, ſi vim attractivam pro ratione molis habuerit, notabilis perturbatio in motu mercurii oriri debuiſſet: hoc enim tempore longitudo Cometæ heliocentrica erat, in Scorpii gradu 15, Mercurius vero in ejusdem ſigni gradu 26 hærebat; atque corpus cometæ, ſi diametrum apparentem eo tempore, quo in diſtantia ſolis a nobis erat remotus, ſtatuamus 1′, plusquam tricies corpus terræ ſuperavit. Quamobrem operæ pretium erit inveſtigare, utrum mercurius adhuc in motu ſuo cum tabulis aſtronomicis conſentiat, an vero perturbationem a cometa ſit paſſus.

Poſt Februarii diem ultimum, quo cometa adhuc ante ſolis ortum erat conſpicuus, penitus evanuit, cum ob ſolis vicinitatem, tum ob diminutam ejus latitudinem borealem. Quia enim poſt diem Martii quartum in hemiſphærium auſtrale proceſſit, ante ortum ſolis non amplius ſupra horizontem noſtrum aſcendit. Quibus autem in cœli locis poſtea verſetur, ex his inventis ſatis accurate indicari poterit. Sic Aprilis die 15 iterum erit directus, & apparebit in 8vo Arietis gradu cum latitudine auſtrali 30° fere, & cum diſtantia a terra futura ſit paulo major quam ſolis, incolis terræ auſtralibus adhuc erit conſpicuus; qui poſt quartum diem martii hunc cometam ante ſolis ortum eximio ſplendore

ſplendore videre debuerunt. Quareſi in his regionibus commorarentur Aſtronomi, diu adhuc poſt nos eundem cometam obſervare potuiſſent. Atque ſi eum exquiſitis tubis proſequerentur, fortaſſe ultra menſem Julium conſpicere poſſent, namque primo die Julii ejus longitudo eſſe debebit ♈ 27°, cum latitudine auſtrali 48°, ſexto autem die ſeptembris longitudo iterum erit ♈ 3°, cum latitudine 53°, ejus vero diſtantia a terra ſe habebit ad diſtantiam ſolis ut $2\frac{1}{4}$ ad 1, unde niſi per bona teleſcopia vix ſpectari poterit. Hujusmodi autem obſervationes in regionibus terræ auſtralibus factæ maxime eſſent optandæ, cum ex iis facile omnia, quæ adhuc circa ejus orbitæ cognitionem deſiderantur, deduci ac ſuppleri poſſent. Utinam hoc tempore in capite bonæ ſpei idoneus aſtronomiæ cultor commoraretur, a quo iſtud ſupplementum expectare liceret.

Addita-

nibus
n co-
is tu-
ſpice-
e de-
i die
53°,
is ut
pote-
erræ
acile
eran-
e in
ur, a
a-

Additamentum.

I.

Cum ſuperiorem diſſertationem abſolviſſem, atque orbitæ cometæ determinationem ex obſervationibus initio commemoratis deductam ad Academiam Regiam Pariſinam miſiſſem; Celeb. Caſſinus, ut deſiderio meo theoriam per obſervationes comprobandi ſatisfaceret, omnes quas fecerat, obſervationes mecum benevole communicavit. Sunt autem ſequentes.

Pariſiis tempore apparente					Longitudo Cometæ obſervata				Latitudo obſervata B.		
1743.	Dec.	21d,	6h,	58''	0s,	22°,	23',	0''	16°,	18',	57''
		30,	5,	54	0,	16,	29,	38	17,	12,	55
1744.	Jan.	1,	5,	41	0,	15,	19,	35	17,	23,	23
		3,	5,	28	0,	14,	11,	18	17,	32,	39
		4,	5,	21	0,	13,	38,	11	17,	37,	27
		5,	5,	14	0,	13,	5,	57	17,	42,	16
		6,	5,	8	0,	12,	34,	44	17,	46,	20
		7,	5,	2	0,	12,	3,	12	17,	51,	23
		8,	4,	55	0,	11,	33,	8	17,	55,	50
		10,	9,	42	0,	10,	24,	34	18,	5,	14
		11,	9,	1	0,	9,	58,	40	18,	9,	35
		12,	9,	11	0,	9,	31,	15	18,	13,	26
		13,	7,	52	0,	9,	5,	30	18,	17,	4
		16,	8,	43	0,	7,	45,	15	18,	30,	26
		17,	7,	41	0,	7,	20,	58	18,	34,	22
		18,	7,	0	0,	6,	56,	46	18,	38,	2

Febr.	1,	7,	55	0,	1,	9, 54	19,	34,	0
	3,	7,	49	0,	0,	18, 26	19,	42,	53
	7,	7,	55	11,	28,	16, 22	19,	53,	54
	10,	7,	17	11,	26,	32, 1	19,	56,	23
	11,	5,	47	11,	25,	52, 41	19,	57,	35
	12,	5,	51	11,	25,	12, 45	19,	56,	4
	13,	5,	39	11,	24,	28, 25	19,	53,	15
	15,	6,	46	11,	22,	46, 47	19,	44,	15
	16,	6,	19	11,	21,	54, 54	19,	36,	0
	17,	6,	30	11,	20,	55, 51	19,	23,	0
	18,	6,	3	11,	19,	54, 0	19,	10,	30
	23,	5,	34	11,	13,	12, 44	16,	41,	3
	24,	5,	47	11,	11,	36, 30	15,	48,	4
	25,	5,	22	11,	9,	52, 46	14,	39,	7
	29,	18,	44	11,	2,	31, 59	6,	28,	21

2. Primo quidem intuitu nostra hujus cometæ theoria his observationibus mirifice confirmatur. Cum enim cometa ab initio apparitionis usque ad diem 18mum Februarii latitudinem fere eandem tenuisset, atque etiam secundum longitudinem satis tarde esset motus, hinc quasi subito cursum eclipticam versus inflectit, simulque secundum longitudinem motu citatiori progreditur. Ita igitur facile perspicitur, quomodo cometa jam ante quartum Diem Martii ad eclipticam pervenire potuerit, uti theoria postulabat. Quin etiam si ad ista observationum tempora ex orbita ante inventa cometæ loca supputentur, vix notabile discrimen deprehenditur: hincque adeo certe nobis concludere licet, affectiones orbitæ cometicæ detectas ad veritatem proxime accedere.

3. At

34, 0
42, 53
53, 54
56, 23
57, 35
56, 4
53, 15
44, 15
36, 0
23, 0
10, 30
41, 3
48, 4
39, 7
28, 21
eoria his
meta ab
latitudi-
ngitudi-
eclipti-
motu
omodo
perve-
ad ista
æ loca
incque
meticæ
3. At

3. At vero quod caput rei est, & unde hoc additamentum est natum, istæ observationes adhiberi possunt, ad exiguas illas aberrationes, quibus orbita supra determinata adhuc laborat, emendandas, atque ad verum cometæ motum accuratissime definiendum. Hunc in finem ea ipsa methodus, quæ in hac dissertatione est exposita, hic quoque in usu vocari posset; quia autem tria loca cometæ admodum vicina requirit, multitudo & insigne observationum intervallum, quæ duæ res tamen maxime orbitis cometarum cognoscendis inserviunt, parum subsidii afferrent. Neque etiam hac methodo nunc amplius indigemus, cum orbita jam prope sit nota, atque aliam dederimus methodum orbitas jam vero proximas per plures observationes corrigendi.

4. Interim tamen & hæc methodus, qua jam sumus usi ad cursum cometæ ex observationibus accuratius determinandum, non contemnendas habet difficultates. Primo enim nimis longum ac tædiosum calculum requirit, ac deinde multitudo incognitarum, quas ex aberrationibus definiri oportet non solum operationem reddit molestissimam, sed etiam ob tot quantitates neglectas, minus certam. Quanquam enim istæ quantitates tam sunt parvæ, ut singulæ sine errore rejici possent, tamen eæ conjunctim sumtæ, errorem notabilem procreare possunt. Hanc ob causam in aliam methodum inquisivi, cujus ope orbita cometæ jam propemodum cognita non solum facilius & expeditius emendari queat, sed quæ etiam pauciores in-

S 2 cogni-

cognitas ad negotium absolvendum requirat. Cum igitur hoc desideratum aliquamdiu animo volvissem, sequentem methodum sum assecutus, cujus ope ex datis tribus tantum cometæ observationibus quibuscunque orbita jam pæne cognita exactissime assignari potest.

5. Ne igitur sex illa capita, quibus orbita cometæ determinatur, simul in computum inducantur, ex iis tantum aliquot tanquam cognita assumamus, unde ex dato quovis loco observato cometæ locus heliocentricus concludi queat. Hoc autem fieri potest ex positione lineæ nodorum, & inclinatione orbitæ ad eclipticam: his enim duobus tantum capitibus cognitis, ex quovis loco cometæ geocentrico ejus locus heliocentricus atque distantia a sole definiri potest, quæ methodus pro planetis jam pridem est nota & passim explicata; interim tamen ob nimis parvam inclinationem orbitarum planetarum, nisi observationes sint fere ad minuta secunda exactæ, tuto adhiberi nequit. Si enim inclinatio plane evanesceret, tum hinc nihil prorsus concludi posset: ex quo facile colligitur, quo minor sit orbitæ cujuspiam inclinatio, eo minus tuto hanc methodum adhiberi posse. Cum igitur cometarum orbitæ plerumque magnos angulos cum ecliptica constituant, ad eos hæc methodus maxime est accommodata, atque felicissimo successu usurpari poterit.

6. Si ergo assumamus positionem lineæ nodorum atque inclinationem orbitæ ad eclipticam esse datas, ex quovis cometæ loco observato ejus locum verum in cœlo assignare poterimus, ope sequentis problematis. Quanquam autem hæ duæ res tantum prope sunt cognitæ, solutio tamen istius problematis maximam afferet utilitatem, quoniam deinceps monstrabo, quemadmodum per tres observationes eædem accuratius determinari queant.

Problema I.

Datis orbitæ cometæ intersectione cum ecliptica & ejus inclinatione ad eam, ad datum quodvis tempus, quo longitudo & latitudo cometæ geocentrica est observata, ejus locum verum heliocentricum cum ejus a sole distantia invenire.

Solutio.

7. Computetur ad tempus propositum locus solis, sitque distantia terræ a sole $ST = c$. Denotet scilicet S solem, T terram, sitque SN linea nodorum, cujus positio cum sit data, dabitur angulus TSN qui ponatur $= s$. Deinde ducatur secundum longitudinem cometæ observatam recta TN lineam nodorum intersecans in N; eritque angulus STN differentia longitudinum solis & cometæ, & propterea datus. Posito ergo angulo hoc $STN = t$, erit angulus $SNT = 180° - s - t$, qui ponatur $= n$. Hinc in triangulo STN ob omnes angulos cum latere $ST = c$ cognitos, reperietur $TN = \frac{ST \sin s}{\sin n}$ Fig. 1

& $SN = \frac{ST \sin t}{\sin n}$. His præparatis sit C locus cometæ verus

verus in ſublimi poſitus, unde ad planum eclipticæ TSN demittatur perpendiculum Cc, eritque CTc latitudo cometæ geocentrica, quæ ſi ponatur $= p$, erit ang. $CTc = p$. Tum ſi ex c ad SN ducatur perpendicularis cP jungaturque recta CP, repræſentabit angulus CPc inclinationem orbitæ ad Eclipticam, ponatur ea $= i$, eritque $CPc = i$. Ex his conſiderationibus determinabitur punctum c. Poſita enim $cN = x$; & $TN = \frac{c \sin s}{\sin n} = a$, erit $Tc = a - x$. Deinde in triangulo cNP fiet $cP = x \sin n$, & ex triangulo CPc fiet $Cc = x \sin n . \tang i$. At ex triangulo CTc ſequitur $Cc = (a-x) \tang p$; quibus duobus valoribus æquatis reperitur $x = \frac{a \tang p}{\tang p + \sin n . \tang i} = cN$ & $Tc = \frac{a \sin n . \tang i}{\tang p + \sin n . \tang i}$ $= \frac{c \sin s . \tang i}{\tang p + \sin n . \tang i}$, hincque $TC = \frac{c \sin s . \tang i}{\sin p + \sin n . \cos p \tang i}$ quæ eſt diſtantia cometæ a terra. Porro vero invento $cN = x$, habebitur $PN = x \cos n$ & $cP = x \sin n$; cognoſceturque $SP = SN - NP$; unde oritur $\tang cSN = \frac{cP}{SP}$, cognitoque angulo cSN erit $Sc = \frac{cP}{\sin cSN} = \frac{SP}{\cos cSN}$. Tum vero erit $\tang CSc = \frac{Cc}{Sc}$; ſicque innoteſcit latitudo heliocentrica CSc, ex qua efficitur diſtantia cometæ a ſole $SC = \frac{Cc}{\sin CSc} = \frac{Sc}{\cos CSc}$. Denique cum ſit $\frac{SP}{SC} = \cos$ CSN,

SN de- cometæ p. Tum ue recta bitæ ad Ex his ta enim x. Dein- lo CPc ſequitur atis re- tang i n.tang i i ſp tang i invento cognos- SN = SP ſcSN latitudo a ſole = coſ CSN,

CSN, hic angulus indicabit elongationem cometæ heliocentricam a nodo N, in ſua orbita. Cum igitur planum orbitæ cometæ detur, ex angulo NSC & recta SC definitur locus cometæ verus heliocentricus. Q. E. J.

Coroll. 1.

8. Cum ſit $a = \frac{c \sin s}{\sin n}$, erit $x = cN = \frac{c \sin s \tang p}{\sin n (\tang p + \sin n \tang i)}$ & $cP = \frac{c \sin s \tang p}{\tang p + \sin n \tang i}$; ideoque $CP = \frac{c \sin s \tang p . \cos i}{\tang p + \sin n . \tang i}$. Tum vero erit $PN = \frac{c \sin s \tang p \cot n}{\tang p + \sin n \tang i}$ qui valor ſubtractus ab $SN = \frac{c \sin s}{\sin n}$ relinquit $SP = \frac{c (\sin s \tang p + \sin n . \sin s . \tang i - \cos n . \sin s \tang p)}{\sin n (\tang p + \sin n \tang i)}$. At ob $\sin s = \sin n \cos s + \cos n . \sin s$, habebitur $SP = \frac{c (\cos s \tang p + \sin s \tang i)}{\tang p + \sin n \tang i}$.

Coroll. 2.

9. Quia igitur $\frac{CP}{SP}$ dat tangentem anguli CSN, erit $\tang CSN = \frac{\sin s \tang p}{\cos i \cos s \tang p + \sin s \sin i}$. Hinc ergo erit $\cot CSN = \frac{\cos s}{\tang s} + \frac{\sin s \sin i}{\sin s \tang p}$. Ex ſolis ergo angulis cognitis s, s, i, & p invenitur elongatio cometæ a nodo ſeu angulus CSN.

Coroll. 3.

Coroll. 3.

10. Invento angulo CSN, ponatur iste angulus CSN $= m$, ut sit $\cot m = \frac{\cos i}{\tang s} + \frac{\sin \varepsilon \sin i}{\sin s . \tang p}$, fiet $\frac{\sin i}{\tang p}$ $= \frac{\sin s \cot m}{\sin \varepsilon} - \frac{\sin s \cos i}{\sin \varepsilon \tang s}$. Cum igitur inventum sit CP $= \frac{c \sin s \tang p : \cos i}{\tang p + \sin n . \tang i} = \frac{c \sin s}{\cos i + \sin n . \sin i : \tang p}$, si hic valor ille loco $\frac{\sin i}{\tang p}$ substituatur, erit CP $=$ $\frac{c \sin \varepsilon}{\cos i \cos n + \sin n . \cot m}$.

Coroll. 4.

11. Quia porro $\frac{CP}{\sin m}$ dat distantiam cometæ a sole SC erit CS $= \frac{c \sin \varepsilon}{\sin m . \cos n . \cos i + \sin n . \cos m}$. Hincque ex distantia terræ a sole ST $= c$, & angulis m, n, i & ε reperitur distantia cometæ a sole CS. At vero ob $\sin m . \cos n =$ $\frac{1}{2} \sin (m+n) + \frac{1}{2} \sin (m-n)$; $\cos m . \sin n = \frac{1}{2} \sin (m+n) - \frac{1}{2} \sin$ $(m-n)$ atque $\frac{1 + \cos i}{2} = (\cos \frac{1}{2} i)^2$ & $\frac{1 - \cos i}{2} = (\sin \frac{1}{2} i)^2$ erit

$$CS = \frac{c \sin \varepsilon}{\sin (m+n) (\cos \frac{1}{2} i)^2 - \sin (m-n) (\sin \frac{1}{2} i)^2}.$$

Coroll. 5.

12. Commodissime ergo calculus instituetur, quærendo primum has quantitates:

cot

$$\cot CSN = \frac{\cos i}{\tang s} + \frac{\sin \varepsilon . \sin i}{\sin s \tang p}$$

$$\frac{ST}{CP} = \frac{\cos i}{\sin s} + \frac{\sin n . \sin i}{\sin s . \tang p}$$

Quibus inventis erit $SC = \frac{CP.}{\sin CSN}$.

Coroll. 6.

13. Inventa autem recta CP statim innotescet distantia cometæ a terra CT. Cum enim sit $\sin p = \frac{Cc}{cT}$ & $\sin i = \frac{Cc}{CP}$ erit $\frac{\sin p}{\sin i} = \frac{CP}{CT}$ ideoque $CT = \frac{CP . \sin i}{\sin p}$. Ad institutum autem nostrum distantia cometæ a terra non indigemus

Coroll. 7.

14. Si cometa in ipsa ecliptica observetur, ita ut ejus latitudo geocentrica p sit nulla, fiet cot CSN $= \infty$ ideoque ipse angulus CSN evanescet. Versabitur ergo Cometa in ipso puncto N, eritque ejus distantia a sole $= \frac{c \sin \varepsilon}{\sin n}$.

Coroll. 8.

15. Si terra in ipsa linea nodorum versetur, fiet angulus TSN $= s = o$. Quo casu & CP & angulus CSN evanescere videtur. At vero hoc casu quoque fiet $\tang p + \sin n .$ $\tang i = o$, ita ut nihilominus lineæ cP & CP finitum valorem retineant. Quantæ autem sint istæ lineæ una cum angulis hoc casu definiri nequit. Quanquam autem hujusmodi observatio-

nes

nes ad præsens institutum inutiles videntur, tamen eæ inservient, si positio lineæ nodorum jam fuerit cognita, ad inclinationem orbitæ accurate definiendam, erit enim tang $i = -\frac{\tang p}{\sin n}$: unde ad orbitas planetarum determinandas insignis usus redundat.

Coroll. 9.

16. Si fiat angulus $n = o$, quod evenit, si longitudo cometæ geocentrica congruat cum longitudine nodi heliocentrica, erunt sinus angulorum s & t æquales, habebiturque distantia cometæ a terra $TC = \frac{c \sin s \tang i}{\sin p}$, & cot $CSN = \frac{\cos i}{\tang s} + \frac{\sin i}{\tang p}$ atque $\frac{ST}{CP} = \frac{\cos i}{\sin s}$ seu $CP = \frac{\sin s}{\cos i} \cdot ST$.

Coroll. 17.

17. Si cometa in oppositione vel conjunctione solis secundum longitudinem fuerit observatus, erit sin $t = o$: hoc ergo casu habebitur cot. $CSN = \frac{\cos i}{\tang s}$, atque $\frac{ST}{CP} = \frac{\cos i}{\sin s} + \frac{\sin i}{\tang p}$ ob sin n = sin s.

Coroll. 11.

18. Si tandem inclinatio orbitæ cometæ ad eclipticam evanesceret, ut esset $i = o$: tum necesse est ut quoque latitudo

æ inser- id incli- tang i inandas ngitudo li helio- bebitur- & cot CP = solis se- o: hoc $= \frac{\cos i}{\sin s}$ ipticam que la- titudo

titudo observata p sit nulla, hocque ergo casu ob fractionem $\frac{\sin i}{\tang p}$ indefinitam nihil concludi posset.

Coroll. 12.

19. Nisi ergo tempore observationis locus terræ fuerit prope lineam nodorum, ex loco cometæ geocentrico observato semper ejus locus verus, hoc est elongatio ejus heliocentrica ab altero nodo una cum ejus distantia a sole definiri potest.

20. Positis ergo linea nodorum & inclinatione orbitæ cognitis, si tria loca cometæ observata ad hunc calculum revocentur, invenientur tria loca cometæ vera in sua orbita. Quam cum constet esse sectionem conicam, cujus alter focus in ipso centro solis sit situs, ex istis tribus punctis inventis sectio conica poterit determinari, quem in finem sequens problema resolvemus.

Problema II.

Datis tribus cometæ locis veris, una cum ejus distantiis a sole, invenire ejus orbitam; hoc est positionem perihelii, ejus a sole distantiam, atque quantitatem lateris recti.

Solutio.

21. Repræsentet planum tabulæ id ipsum planum in quo cometa movetur, in quo sit S centrum solis & recta ☊ S ☋ linea nodorum seu intersectio hujus plani cum ecliptica. Sint F, G & H tria cometæ loca vera in ejus orbita, dabunturque primum distantiæ $SF = f$, $SG = g$ & $SH = h$; tum Fig. 2.

vero

vero per methodum præcedentem cognofcuntur anguli FS☋, GS☋ & HS☋; ex quibus fit FSG $= \phi$ & FSH $= \psi$. His datis contemplemur, quæ quæruntur, fitque A orbitæ perihelium, ASC orbitæ axis, ad quem in F applicata normalis SB exhibebit femi-latus rectum. Ponatur AS $= a$, BS $= b$, fitque angulus ASF $= v$, quæ eft anomalia vera refpondens loco F. Erit ergo ASG $= v + \phi$ & ASH $= v + \psi$. At ex fectionum conicarum proprietatibus erit $f = \frac{ab}{a + (b-a)\cos v}$

unde fit $a = \frac{bf\cos v}{b - f + f\cos v}$. Simili modo ex fecundo loco G erit $a = \frac{bg\cos(v+\phi)}{b - g + g\cos(v+\phi)}$ atque ex tertio loco H habetur $a = \frac{bb\cos(v+\psi)}{b - b + b\cos(v+\psi)}$. Ex prima & fecunda æquatione fequitur $(b-g)f\cos v = (b-f)g\cos(v+\phi) = (b-f)g(\cos v.\cos\phi - \sin v.\sin\phi)$; ac dividendo per $\cos v$ proveniet $(b-g)f = (b-f)g\cos\phi - (b-f)g\sin\phi\tang v$, unde obtinetur $\tang v = \cot\phi - \frac{f(b-g)}{g(b-f)}\operatorname{cofec.}\phi = \frac{1}{\tang\phi} - \frac{f(b-g)}{g(b-f)\sin\phi}$. Similiter prima æquatio cum tertia conjuncta dabit: $\tang v = \frac{1}{\tang\psi} - \frac{f(b-b)}{b(b-f)\sin\psi}$. Hisque binis ipfius tang v valoribus coæquatis erit $\frac{1}{\tang\phi} - \frac{f(b-g)}{g(b-f)\sin\phi} = \frac{1}{\tang\psi} - \frac{f(b-b)}{b(b-f)\sin\psi}$ feu $\frac{b-f}{\ldots}$

$\frac{b-f}{f\tang\phi} - \frac{b+g}{g\sin\phi} = \frac{b-f}{f\tang\psi} - \frac{b+b}{b\sin\psi}$: unde concluditur

$$b = \frac{\frac{1}{\tang\phi} - \frac{1}{\sin\phi} - \frac{1}{\tang\psi} + \frac{1}{\sin\psi}}{\frac{1}{f\tang\phi} - \frac{1}{g\sin\phi} - \frac{1}{f\tang\psi} + \frac{1}{b\sin\psi}},$$

quæ formula ad calculum fatis eft apta, faciliusque adhibebitur, quam conftructiones geometricæ, quæ de hoc problemate paffim inveniuntur. Invento igitur femi-latere recto b pofitio lineæ abfidum definietur ex angulo v, qui ex alterutra harum æquationum eruetur:

$$\tang v = \frac{1}{\tang\phi} - \frac{f(b-g)}{g(b-f)\sin\phi};\ \tang v = \frac{1}{\tang\psi} - \frac{f(b-b)}{b(b-f)\sin\psi}$$

Hincque denique affignari poterit diftantia perihelii a fole $a = \frac{bf\cos v}{b - f + f\cos v}$, ficque orbita cometæ cognofcetur.

Q. E. J.

Coroll. 1.

22. Si ex æquatione fupra inventa:

$$(b-g)f = (b-f)g\cos\phi - (b-f)g\sin\phi\tang v$$

loco tang v eliminemus b, reperitur, $b = \frac{fg - fg\cos\phi + fg\sin\phi\tang v}{f - g\cos\phi + g\sin\phi\tang v}$. Simili vero modo ex tertia obfervatione erit $b = \frac{fb - fb\cos\psi + fb\sin\psi\tang v}{f - b\cos\psi + b\sin\psi\tang v}$

Quibus inter fe comparatis erit:

$$g(1-\cos\phi).(f-b\cos\psi)+g(f-b\cos\psi)\sin\phi\,\mathrm{tang}\,v$$
$$-b(1-\cos\psi)(f-g\cos\phi)+gb(1-\cos\phi)\sin\psi\,\mathrm{tang}\,v=v$$
$$-b(f-g\cos\phi)\sin\psi\,\mathrm{tang}\,v$$
$$-gb(1-\cos\psi)\sin\phi\,\mathrm{tang}\,v$$

seu $f(g-b)-g(f-b)\cos\phi+b(f-g)\cos\psi+g(f-b)\sin\phi\,\mathrm{tang}\,v$ $-b(f-g)\sin\psi\,\mathrm{tang}\,v=o$ unde invenitur

$$\mathrm{tang}\,v=\frac{f(b-g)-g(b-f)\cos\phi+b(g-f)\cos\psi}{b(g-f)\sin\psi-g(b-f)\sin\phi},$$

Coroll. 2.

23. Si alter angulus ϕ æquetur duobus rectis ita ut rectæ FS, FG in directum sint positæ ob $\sin\phi=o$ & $\mathrm{tang}\,\phi=o$, fiet

$$b=\frac{\frac{1}{\mathrm{tang}\,\phi}-\frac{1}{\sin\phi}}{\frac{1}{f\,\mathrm{tang}\,\phi}-\frac{1}{g\sin\phi}}=\frac{\cos\phi-1}{\frac{\cos\phi}{f}-\frac{1}{g}}.$$

At est $\cos\phi=-1$, unde erit $b=\frac{2fg}{f+g}$ quæ est eximia sectionum conicarum proprietas jam quidem nota.

Coroll. 3.

24. Expressio autem generalis, quam pro valore semi-lateris recti invenimus, si ad lineas revocetur, sequens suppeditabit theorema, naturam sectionum conicarum non parum illustrans.

Theorema.

Fig. 3. *Si a tribus quibuscunque sectionis conicæ punctis F, G, H ad ejus alterum focum S ducantur rectæ FS, GS, & HS atque duo eorum G & H cum tertio F jungantur rectis GF & HF, ac denique ex G ducatur recta GIK parallela ipsi FS secans rectas HF, HS si opus*

= v
tang v
ψ,
ita ut
= o
=
fg / f+g
nota.
late-
itabit
ans.
H ad
duo
c de-
HS
opus

si opus est productas in I & K; erit GI ad SK + KG − SG uti SF ad semissem lateris recti.

Demonstratio.

25. Vocentur ut ante distantiæ $FS=f$; $GS=g$ & $HS=b$ itemque anguli $FSG=\phi$ & $FSH=\psi$. Demittatur ex S in GIK perpendiculum SL, quod vocetur $=r$. Cum igitur anguli GSL, KSL, sint complementa angulorum ϕ & ψ erit $GL=\frac{r}{\mathrm{tang}\,\phi}$; $KL=\frac{r}{\mathrm{tang}\,\psi}$: $SG=\frac{r}{\sin\phi}$ & $SK=\frac{r}{\sin\psi}$. Hinc $SK+KG-SG=\frac{r}{\sin\psi}+\frac{r}{\mathrm{tang}\,\phi}-\frac{r}{\mathrm{tang}\,\psi}-\frac{r}{\sin\phi}$. Ducatur KM parallela ipsi HF; erit SH: SK = SF: SM, seu $b:\frac{r}{\sin\psi}=f:SM$; unde fit $SM=\frac{fr}{b\sin\psi}$, ideoque $FM=IK=f-\frac{fr}{b\sin\psi}=\frac{fr}{r}-\frac{fr}{b\sin\psi}$. At ob $SG=\frac{r}{\sin\phi}=g$ erit $r=g\sin\phi$, hincque $IK=\frac{fr}{g\sin\phi}-\frac{fr}{b\sin\psi}$. Quare $GI=GK-KI=\frac{r}{\mathrm{tang}\,\phi}-\frac{r}{\mathrm{tang}\,\psi}-\frac{fr}{g\sin\phi}+\frac{fr}{b\sin\psi}$. Cum igitur invenerimus esse

$$b=\frac{\frac{1}{\mathrm{tang}\,\phi}-\frac{1}{\sin\phi}-\frac{1}{\mathrm{tang}\,\psi}+\frac{1}{\sin\psi}}{\frac{1}{f\,\mathrm{tang}\,\phi}-\frac{1}{g\sin\phi}-\frac{1}{f\,\mathrm{tang}\,\psi}+\frac{1}{b\sin\psi}}=$$

$$\frac{\frac{r}{\mathrm{tang}\,\phi}-\frac{r}{\sin\phi}-\frac{r}{\mathrm{tang}\,\psi}+\frac{r}{\sin\psi}}{\frac{r}{\mathrm{tang}\,\phi}-\frac{r}{g\sin\phi}-\frac{r}{\mathrm{tang}\,\psi}+\frac{fr}{b\sin\psi}}\,f,$$ erit semi-latus rectum

$b=$

$b = \frac{SK + KG - SG}{GI}$. SF, ideoque GI: SF = SK + KG − SG: ſemi-latus rectum. Q. E. D.

27. Hactenus temporum, quæ inter obſervationes effluxerunt nullam habuimus rationem. Nunc igitur cognita orbita ope præceptorum ſupra traditorum definiri poterunt tempora, quibus cometa a perihelio A, ad unumquodque trium punctorum F, G, & H pervenire debuit, hisque inventis prodibunt temporum intervalla inter obſervationes elapſa, quæ ſi cum temporibus obſervatis convenire deprehendantur, hoc certum erit ſignum, poſitionem lineæ nodorum atque inclinationem orbitæ cometæ ad eclipticam recte eſſe aſſumtas. Sin autem hæc tempora per calculum eruta cum obſervatis minus congruant, concludendum erit vel in aſſumtione lineæ nodorum, vel inclinationis vel utriusque eſſe aberratum. Qui error ſi fuerit ſatis parvus, debebit autem eſſe talis, ſi quidem hæc elementa jam per methodum primam proxime noverimus, ex ipſa aberrationis quantitate corrigi poterit. Et quia duo habemus temporum intervalla, quæ cum calculo comparari poſſunt, duæ reſultabunt comparationes, quæ ad utrumque errorem, qui forte ſint commiſſi, emendandum ſufficient. Ita igitur tres cometæ obſervationes ſufficient ad ejus orbitam vere cognoſcendam.

27. Poſtquam ergo ope methodi ante expoſitæ orbita cometæ jam propemodum fuerit determinata, exinde tam poſitio lineæ nodorum quam inclinatio orbitæ ad eclipticam ſatis exacte ad hoc inſtitutum cognoſcentur; neque etiam opus erit illum calculum

F =
effluxe-
a orbita
mpora,
puncto-
nt tem-
tempo-
im erit
orbitæ
ec tem-
t, con-
inclina-
tis par-
am per
rationis
rum in-
ltabunt
nt com-
obſer-
a come-
ſitio li-
exacte
t illum
lculum

calculum ſummo ſtudio ad finem perducere, ſed ſufficiet ope conſtructionum geometricarum hæc momenta ſaltem circiter determinaviſſe; quo pacto totus labor mirifice contrahi poterit. Quando igitur eousque tantum fuerit perventum, ut certo ſciamus lineam nodorum una cum inclinatione ad eclipticam non multum a veritate abhorrere: ſtatim hac altera methodo uti licebit, quam in ſequente problemate explicabo.

Problema III.

Cognitis jam propemodum poſitione lineæ nodorum & inclinatione orbitæ cometæ ad eclipticam, veram cometæ orbitam ex tribus obſervationibus exacte determinare.

Solutio.

28. Sit L longitudo nodi puta aſcendentis per ſuperiorem methodum inventa, & I ſit inclinatio orbitæ ad eclipticam, ibidem eruta. Conſtituantur tres hypotheſes, in quarum prima longitudo nodi aſſumatur = L & inclinatio = I. In ſecunda hypotheſi longitudo nodi denuo ſtatuatur = L, inclinatio autem aſſumatur = I + η, ſumendo pro η unum, duosve gradus, prouti errorem minorem majoremve æſtimamus. In tertia hypotheſi ſtatuatur longitudo nodi = L + λ, inclinatio vero maneat = I, ubi iterum ipſi λ valor arbitrarius tribui poteſt, major minorve, prout diſcrepantiam ipſius L a veritate majorem minoremve judicamus. Quo autem propius jam noverimus valores ipſarum L & I, eo minores poterimus litteras η & λ aſſumere, dummodo veritas inter tres hypotheſes tanquam limites contineatur. His hypotheſibus conſtitutis eligantur tres cometæ obſervationes quæcunque, quæ quo longius a ſe invicem fuerint remotæ, eo accuratiorem reddent determinationem: interim tamen evitari debebunt ejusmodi obſervationes, quæ ſint inſtitutæ tum, cum terra prope lineam nodorum verſaretur.

 Deinde

Deinde ad tempora harum obſervationum ſupputentur loca ſolis, cum ejus a terra diſtantiis, tum ſecundum problema primum hujus additamenti pro unaquaque hypotheſi definiantur cometæ a ſole diſtantiæ, atque elongationes a linea nodorum. Quo facto ex ſuperiori problemate determinetur orbita cometæ unicuique hypotheſi conveniens, ſicque obtinebuntur tres diverſæ orbitæ, inter quas vera continebitur; Ad quam inveniendam calculo eruantur temporum intervalla, quæ ſecundum quamlibet hypotheſin inter obſervationes binas præterlabi debuiſſent. Sit T tempus inter primam & ſecundam obſervationem, quod ex prima hypotheſi invenitur; T + p tempus quod ex ſecunda, & T + q tempus quod ex tertia hypotheſi eruitur. Tempus autem obſervatum ſit = T + k. Si jam ſumamus in orbita cometæ vera eſſe longitudinem nodi accendentis = L + x & inclinationem ad eclipticam = I + y, ut res hoc modo ſe habeat.

	Hypoth. I	Hyp. II	Hyp. III	Orbita vera
Longitudo nodi —	L	L	L + λ	L + x
Inclinatio — —	I	I + η	I	I + y
Tempus inter I & II obſervationem	T	T + p	T + q	T + k

Nunc ita ratiocinemur, quoniam ſi inclinationi I augmentum = η tribuitur, tempus T incrementum capit = p incrementum y inclinationis dabit temporis incrementum = $\frac{py}{\eta}$. Deinde quoniam longitudinis nodi incrementum λ producit temporis incrementum = q, longitudinis L incrementum = x producet temporis incrementum = $\frac{qx}{\lambda}$. Quare ex orbita vera erit intervallum temporis inter primam & ſecundam obſervationem = T + $\frac{py}{\eta}$ + $\frac{qx}{\lambda}$, quod cum

æquale

æquale eſſe debeat tempori obſervato T + k: habebitur æquatio $\frac{py}{\eta} + \frac{qx}{\lambda} = k$. Similis æquatio elicietur ex intervallo temporis inter primam & tertiam obſervationem, atque ex his duabus æquationibus definientur quantitates x & y, hincque innotescent & vera longitudo nodi aſcendentis = L + x, & vera inclinatio orbitæ ad eclipticam = I + y. Denique cum ex comparatione trium aſſumtarum hypotheſium conſtet, quantum incrementa η & λ cum latus rectum orbitæ b tum diſtantiam perihelii a ſole a, item anomaliam veram primæ obſervationis v una cum tempore a perihelio ad primam obſervationem elapſo, immutaverint, per regulam auream definientur harum rerum mutationes ex incrementis x & y ſimul ſumtis oriunda. Hocque modo determinabuntur orbitæ veræ latus rectum, diſtantia perihelii a ſole, elongatio perihelii a loco primæ obſervationis, ideoque etiam ab altero, ac tandem tempus quo cometa per perihelium tranſierit. Q. E. J.

Coroll. 1.

29. Cognitis anomaliis veris cometæ in ſingulis obſervationibus, tempora, quibus eæ a tranſitu cometæ per perihelium diſtant modo ſupra expoſito aſſignabuntur. Sit enim a diſtantia perihelii a ſole, b ſemi-latus rectum & v anomalia vera cometæ in obſervatione propoſita. Ponatur $\frac{2a-b}{b} = n$ erit n numerus valde parvus ſi orbita proxime fuerit parabolica, ſitque t = tang $\frac{1}{2}v$. & quæratur valor ſequentis ſeriei

$$S = t + \tfrac{1}{3}t^3 - \tfrac{2}{5}nt^5 + \tfrac{3}{7}n^2t^7 - \tfrac{4}{9}n^3t^9 + \tfrac{5}{11}n^4t^{11} \text{ \&c.}$$
$$+ \tfrac{3}{5}n^2t^5 - \tfrac{4}{7}n^3t^7 + \tfrac{5}{9}n^4t^9 - \tfrac{6}{11}n^5t^{11}$$

quo invento erit tempus quæſitum in diebus expreſſum = $\frac{aa}{m\sqrt{b}}$S, exiſtente m = 271989, 739 &c. lm = 5, 4345525139.

Coroll. 2.

30. Si correctiones x & y, quæ hoc modo inveniuntur prodeant nimis magnæ, minus quoque erunt accuratæ. Quod enim poſuimus

mus variationes ab incrementis, quas longitudini nodi & inclinationi tribuimus, oriundas his ipsis incrementis esse proportionales, hoc tantum locum habere potest, si incrementa fuerint minima. Interim tamen iste labor non erit inutilis, sed ejus ope cognoscemus positionem lineæ nodorum & inclinationem orbitæ ad eclipticam multo propius, quam assumseramus; sicque exinde novas hypotheses veritati magis consentaneas & inter se propiores formare poterimus. Quo facto si idem calculus, qui in solutione hujus problematis est præscriptus, denuo instituatur, tum exacte orbita cometæ vera cognoscetur, quantum quidem per minimos errores, quibus etiam exactissimæ observationes sunt obnoxiæ, sperare licet.

31. Hac igitur methodo usus sum ad orbitam cometæ priori methodo repertam corrigendam. Quoniam vero observationes, quæ tum erant in potestate, nimis longe a perihelio erant remotæ, inclinatio imprimis ad eclipticam nimis prodiit incerta, quoniam parva mutatio in hypothesi distantiæ cometæ a terra facta differentiam aliquot graduum produxerat. Hanc obrem coactus fui calculum hic traditum bis applicare: atque ex prima operatione statim cognovi inclinationem orbitæ ad eclipticam notabiliter minorem esse, quam supra essem suspicatus, atque 47° vix excedere. Feci igitur pro secunda operatione hypotheses cum inter se tum veritati propiores. Elegi ad hoc institutum ex observationibus a Celeb. Cassino mecum communicatis primam & ultimam, utpote maxime a se invicem remotas, ac propterea orbitam cometæ accuratissime determinantes; cum ultima fere in ipso perihelio sit facta, ubi motus erat velocissimus, ac minima aberratio satis sensibile discrimen producere debebat. Præterea vero elegi observationem penultimam, quæ etsi ratione temporis ultimæ nimis vicina videatur, tamen angulus, quem cometa interea circa solem descripsit, satis est notabilis, ita ut ista tria puncta aptissima videantur ad orbitam determinandam. Hunc igitur calculum integrum, quo secunda operatio constabat, hic apponam, prætermisso priori, quippe cujus ratio ex hoc facile perspicitur.

Tempo-

Tempore medio Parisino St. novi.

A. 1743.	Long. Cometæ	Lat. Com. boreal.
Dec. $21^d, 6^h, 57'$	$0^s, 22°, 23', 0''$	$16°, 18', 57'' = p$
Locus Solis.	8, 29, 36, 0	4, 992675 = lST
x = S T N =	3, 22, 47, 0 =	$112°, 47', 0''$

	Hypoth. I.	Hypoth. II.	Hypoth. III
Incl. ad Ecl. = i =	$46°, 50', 0''$	$47°, 10', 0''$	$46°, 50', 0''$
Long. ☊ helioc. =	$1^s, 15, 50, 0$	1, 15, 50, 0	1, 16, 10, 0
Long. Terræ =	2, 29, 36, 0	2, 29, 36, 0	2, 29, 36, 0
s = TSN =	43, 46, 0	43, 46, 0	43, 26, 0
x = STN =	112, 47, 0	112, 47, 0	112, 47, 0
$s + x$ =	156, 33, 0	156, 33, 0	156, 13, 0
n = SNT =	23, 27, 0	23, 27, 0	23, 47, 0
A l cos i =	9, 835134	9, 832425	9, 835134
subtr. { l tang s =	9, 981297	9, 981297	9, 976238
subtr. { l sin s =	9, 839932	9, 839932	9, 837279
l cos i : tang s =	9, 853837	9, 851128	9, 858896
l cos i : sin s =	9, 995202	9, 992493	9, 997855
Ad l tang p =	9, 466453	9, 466453	9, 466453
add. l sin s =	9, 839932	9, 839932	9, 837279
	9, 306385	9, 306385	9, 303732
subtr. a l sin i =	9, 862946	9, 865302	9, 862946
	0, 556561	0, 558917	0, 559214
add { l sin x =	9, 964719	9, 964719	9, 964719
add { l sin n =	9, 599827	9, 599827	9, 605606
l sin x. sin i : sin s. tang p =	0, 521280	0, 523636	0, 523933
l sin n. sin i : sin s. tang p =	0, 156388	0, 158744	0, 164820
cos i : tang s =	0, 714228	0, 709787	0, 722597
sin x. sin i : sin s. tang p =	3, 321080	3, 339160	3, 341440
cot. CSN =	4, 035308	4, 048947	4, 064037
l cot. CSN =	10, 605876	10, 607342	10, 608958

Ergo

Ergo CSN =	13°,55',5''	13°,52',25''	13°,49',25'
cos i: sin s =	0, 989015	0, 982865	0, 995075
sin n. sin i : sin s. tang p =	1, 433470	1, 441270	1, 461576
	2, 422485	2, 424135	2, 456651
log : =	0, 384260	0, 384556	0, 390343
a l ST =	4, 992675	4, 992675	4, 992675
l CP =	4, 608415	4, 608119	4, 602332
subtr. l sin CSN =	9, 381170	9, 379810	9, 378270
l SC =	5, 227245	5, 228309	5, 224062
SC =	168754	169165	167518

Tempore medio Parisino Sr. novi

A. 1744	Long. Com.	Lat. Com. Bor.
Febr. 25d, 5h, 36'	11'9°,52',46''	14°,39',7'' = p
Locus solis	11, 6, 31, 37	4,996003 = l S T
s = S T N =	3, 21, 10	

	Hypoth. I	Hypoth. II	Hypoth. III
Incl. ad Ecl. = i =	46, 50, 0	47, 10, 0	46, 50, 0
Long. ☊ helioc.	1, 15,50,0	1, 15,50,0	1, 16,10,0
Long. Terræ –	5 , 6,31,40	5 , 6,31,40	5 , 6,31,40
s = TSN =	3, 20,41,40	3, 20,41,40	3, 20,21,40
s = STN =	3,21,10	3,21,10	3,21,10
s + s =	3, 24, 2,50	3, 24, 2,50	3, 23,42,50
n = SNT =	65,57,10	65,57,10	66,17,10
A l cos i =	9, 835134	9, 832425	9, 835134
subtr. { l – tang s =	10, 422787	10, 422787	10, 430481
subtr. { l sin s =	9, 971034	9, 971034	9, 971980
l – cos i: tang s =	9, 412347	9, 409638	9, 404653
l cos i: sin s =	9, 864100	9, 861391	9, 863154
Ad l tang p =	9, 417386	9, 417386	9, 417386
add l sin s =	9, 971034	9, 971034	9, 971980

a l sin i =

	9, 388420	9, 388420	9, 389366
a l sin i =	9, 862946	9, 865302	9, 862946
	0, 474526	0, 476882	0, 473580
add. { l sin s =	8, 767038	8, 767038	8, 767038
add. { l sin n =	9, 960571	9, 960571	9, 961689
l sin s. sin i: sin s. tang p =	9, 241564	9, 243920	9, 240618
